

n.622. Fideiussori pro Socio non competit, bene tamen defensori. eod. Neque competit heredi Socij, neque illi qui mandavit, ut Societatem contrahat. n.623. Deducendum prius est alienum debitum ex ipsa Societate, non vero quod aliunde debitum. eod. Non competit hoc beneficium Socio, qui dolo desit esse solvendo. eod. Tenetur promittere, non tamen Cautionem prestare, de solvendo, cum ad pinguiorem fortunam pervenerit. n.624.

Si plures fuerunt Socij, & unus solus non est consecutus totum debitum, potest à reliquis exigere supplementum proportionale. eod.

Socij debeat concurrere ad omnes illas expensas, quae sunt circa merces, in quibus Societas constituta est, & circa personam ac famulos negotiatoris. fol.200. n.625. ubi, vide quasdam limitationes.

Quidquid Negotiator in itinere ad negotiandum in Medicos & Pharmaca (non item in convivia, nisi & haec ad negotia perficienda conducere) ratione sinistrae valetudinis expendit, habet jus illud extrahendi. Idem dicendum de morbo, domi ex causa Societatis contracto. fol. eod. num.626.

Si Negotiator à latronibus spoliatur, naufragium faciat, & amittat aliqua sua propria, quae ad negotiationem faciendam secum tulerat, ea quoque extrahenda sunt; item litram, si capiatur, nisi haec ipsius levi culpa eveniant. eod.

Tenetur Socius ex iustitia subministrare mutuas pecunias ex proprijs, quando non habet communes, si necesse sit ad conservandas merces, & si negligat, damnum spectat ad illum solum. fol. 201. n.627. Si vero subministravit, extrahit quodsi non sit unde extrahatur, habet actionem negotiorum gestorum. eod.

Socius non potest extrahere damnus, quod non formaliter, sed tantum occasione administrationis incurrit. fol.201. n.628. ubi exemplum.

Potest socius per pactum obligari ad non communicandas operas alteri societati. Secluso tali pacto potest Societates multiplicare, sed sine praedictio prioris. fol.202. n.629. Quamvis ex societate cum alijs inita, de facto prioribus socijs nullum damnus illatum est, si in iudicio conventus ob fidem non servatam in penam condemnatur, eam solvere tenebitur: item refundere debet lucti excessum, quem intuitu hujus obligationis consecutus est. Ex lucro tamen ex alia Societate quaesito nihil conferre tenetur. f.202. n.630. Sive fuerit in pactum deductum sive non, si alia Societas inita est cum damno prioris, tenetur restituit, sicut & lucrum cessans. n.631.

Accipienti pecuniam mutuum ceteri socij obligantur, si pecunia in communem usum versa est,

secus non obligantur, si societas non est universalis. fol. eod. n.632.

Possunt bona sociorum obligari eo modo, & in illis casibus, in quibus ipsa persona obligatur. eod.

Quando communi consensu unus ex socijs tanquam Insitor negotiationi praepositus est, ut solus exerceret, hujus contractibus omnes & singuli in solidum obligantur. Idem est, quando socij ex omnium consensu promiscue negotiantur. Qui tamen non sunt negotiari, non possunt conveniri, nisi prius excluso eo, qui immediate contraxit. fol.203. n.633.

Quando aliquis ex Socijs constituit Insitorem, si non omnium nominat, & ex eorum mandato constituit, etiamsi ceteri sciverint, nec contradixerint, lucrum quidem est omnibus commune, damnus vero erit solius constituentis, qui socijs tenebitur actione pro Socio, non secus ac si ipse commississet. fol. eod. n.634. Qui communi nominate Insitorem constituerunt, non possunt invicem de Insitoris facto agere, sed damnus ab eo datum illis commune est. eod.

Rebus communibus non potest unus Socius alijs invitatis agere, nisi ad usum destinatum. f.203. num.634.

Quando Jus est Individuum, non potest ab uno Socio sine alijs exerceri in praedictio ejusdem. fol. eod. n.635. ubi exemplum in Jurisdictione.

Socijs competit adversus se invicem Actio pro Socio, utrinque directa, & datur etiam quandoque durante Societate, regulariter non nisi finita Societate. fol. 204. n.636. Non datur haec Actio illis, qui absque Contractu in rem communem incidunt. n.637.

Datur etiam Socijs Actio communi dividendo: ita tamen, ut, una intentata, altera tollatur, quatenus ad eundem scopum tendunt. f.204. n.638.

Potest etiam Socius contra Socium intentare Actionem ex Lege Aquilia, si res communis à Socio damnus ex culpa passa est. Item Actio furti Socio adversus Socium competit, si manifestum sit, dolo malo rem amotam fuisse, vel animo ceclandi attractam: & probatio Actori incumbit. fol. eod. n.639. ubi vide, quomodo una aliam perimat.

Societatis Dissolutio.

Societas dissolvitur 1. mutuo consensu, etiam tacito, quando Societas inita est cum definitione temporis certi, intra quod non liceat cuivis recedere, bene tamen utriusque consensu. fol. 209. num.641.

Dissolvitur 2. Renuntiatione, quando non est inita cum definitione certi temporis. Quodsi Socius ante

cius ante tempus praefinitum alijs non consentientibus renunciet, renuntiatio eatenus nocet renuncianti, ut solum damnus, non item lucrum illi commune sit. fol.205. n.642. ubi, vide Exceptiones.

Renuntiatio insinuanda est omnibus Socijs, & ita tempestive & opportune facienda, ut non sit damnosa ob negotia jam inchoata. fol.206. n.643. Facienda etiam est sine dolo. n.644.

Dissolvitur 3. Morte unius Socij, & quidem quoad omnes, nisi aliter conventum esset. fol. eod. n.645. Si mortuo uno Socio per aliquem ceterorum aliquid ceptum est ignorata morte Socij, quoad illud non est dissoluta Societas, sed continuanda per heredem, quousque negotiorum absolvatur; secus si cognita Socij morte ceptum esset. fol.207. n.646.

Si Societas consistebat in cultura vineae, agris, ad plures annos, ita tamen ut non haberet naturam locationis aut Emphyteusis, tunc re adhuc integra finitur statim unius morte, secus, transibit pro illo anno ad heredem. fol. eod. n.647.

Dissolvitur 4. Maxima & media capitis Diminutione, Confiscatione, Publicatione. fol. 207. num.648.

Dissolvitur 5. Rei interitu sive naturali, sive civili, v.g. si usui Sacro destinatur: item negotio finito, cessione bonorum, & egestate. fol. eodem. num.649.

Societas non transit vi prima Conventionis ad heredem, adeo ut nec pacto quidem fieri possit, ut uno mortuo ejus haeres sit Socius reliquorum. f.208. n.650. Possit tamen hujusmodi pactum juramento firmari. n.651.

Si haeres defuncti Socij conveniat cum ceteris, ut continueretur Societas, censetur Societas de novo inita. fol. eod. n.652.

Quando Societas est constituta circa vestigalia, aut alias res publicas conductas, tunc pactum adjectum, ut ad heredem transeat, ob favorem Rei publicae sustinetur, ita ut quidquid commodi vel damni post mortem Socij evenierit, haeredi sit commune, si tamen haeres sit persona idonea. fol. eod. num.653.

Potest Socius defunctus suum heredem gravare, ut si Socij velint cum ipso Societatem continuare, teneatur consentire. fol.209. n.654.

Socius Criminis.

Quomodo possit interrogari de Socio, & quid operetur ejus nominatio, vide, Testis. & To.6. fol. 263. 59.

Sodomia.

Tomo 6.

Ad Sodomix crimen reducitur omnis actus Ven-

reus contra naturam commissus inter diversa supposita. f.192. n.575.

In Imperio poena Sodomiae est concrematio, quamvis ex consuetudine soleat praemitti decapitatio. Si cum bruto peccatur, etiam brutum comburitur, & reus, nisi ob animae periculum gratia fiat, vivus. n.576. Quae poena cum stratiocissima, non solet ob frequentiam delicti exasperari. num.577.

Ut constet de corpore delicti, sufficit si confessioni Rei accedat unus Testis omni exceptione major. fol.193. n.578.

Solus conatus absque effectu secuto, non puniatur ordinari poena. num.579.

Solemnitates.

Tomo 5.

Regulariter quidem praesentantur in actu omnes solemnitates intervenisse, & neganti incumbit onus probandi: sed excipiuntur Minores contractantes cum Majoribus. f.185. n.29.

Solidi.

Tomo 3.

Ex multorum opinione Solidus aequivalere Aureo Ungarico. f.127. n.152.

Solutio.

Tomo 3.

Ut aliud pro alio solvatur, requiritur consensus Creditoris. Tollitur autem debitum quocumque solvente, etiam ignorante, imò invito Debitor. Liberantur etiam Fideiussores. f.28. n.167.

Donator potest loco rei donatae solvere affirmationem. f. eod. n.168.

Debitum in diem solvi potest ante diei adventum invito Creditore, nisi dilatio in favorem Creditoris adjecta esset, sicut locus solet constitui. Solvendum tamen est tempore non importuno jure gentium. f.29. num.169. & seqq.

Solvi potest Tutori. Item Procuratori generali, Procuratori tamen putatio non recte solvitur, nisi vel pecunia ad Creditorem pervenerit, vel solutionem ratam habuerit. fol. eod. n.175. & seq.

Quando Creditori Creditoris solvitur, ut primus debitor liberetur, distinctio opus est. Si enim causa solvendi est eadem, tunc Debitor & Creditor ipso jure liberantur. Sin minus, restat enim est versa in utilitatem Creditoris, continget liberatio tantum ope exceptionis. f.30. num.177.

Si debita sint plura, nec tamen nisi pro uno solvitur, tunc si tempore solutionis Creditor non elegerit, pro quo debito satisfieri velit, solutio illius debiti praefertur, ad quod solvendum cogi potest. si ad omnia cogi potest, gravior causa praefertur minus gravi. Si causa sint pares, debitum antiquius,

quius. Si æque antiqua, proportionaliter pro singulis solutum censetur. Usuræ tamen præferuntur forti. f. 30. n. 178.

Sortis Divisiõis Contractus.

Tomo 4.

Est Contractus, quo aliqui Jus habentes in aliqua re conveniunt, ut mirantur Sortes, quibus confect, quis illam obtinere debeat. f. 341. num. 1091.

Prohibentur Sortes in electione ad Beneficium Ecclesiasticum. f. eod. n. 1092.

Sortilegium.

Tomo 6.

Sortilegium est mixti fori. f. 28. num. 128. nisi hæresin saperet, quod ad Ecclesiasticum spectat. n. 129. ubi vide, quandonam lapiat hæresin.

Specificatio.

Tomo 1.

Est Modus acquirendi iure gentium, per introductionem formæ in materiam. f. 418. n. 103.

Si quis ex aliena materia speciem fecerit, quæ possit ad priorem materiam reduci, species pertinet ad dominum materiam; secus, ad effectorem speciei, sicut etiam à fortiori, si partim ex sua partim ex aliena materia fecerit. fol. eod. num. 104.

Ut dicatur Specificatio facta, debet res ita immutari, ut novum usum & nomen fortiat in humano commercio. n. 105. & seq. ubi exemplis declaratur.

Ut specificator fiat dominus, requiritur inculpabilis ignorantia, quod materia sit aliena. f. 419. n. 107.

Si species facta partim ex propria partim ex aliena materia, possit ad pristinam materiam reduci, manet unusquisque suæ materiæ dominus. f. eod. n. 109.

Dominio Materiæ competit actio in factum, ad consequendam æstimationem materiæ. n. 110.

Spoliatus.

Tomo 1.

Spoliato competit Remedium ex Redintegrandâ. ca. 3. q. 1. quod est amplissimum, continens vim aliorum. f. 293. nu. 379. Extenditur etiam ad Laicos. 380.

Competit etiam Remedium ex c. sepe. de Restit. Spol. f. eod. n. 383. Datur etiam contra tertium Possessorem, gnatum facta spoliationis, non item, probabiliter, contra Possessorem bonæ fidei. 384.

Hæc Remedia sunt perpetua, & à quibusdam ad 100. annos extenduntur. f. 294. n. 385.

Sponsalitia Largitas.

Tomo 1.

Vocatur etiam Dotalitium, seu Mundus mulieris: & est donatio inter Sponsores facta, contempla-

S.

tionem futuri Matrimonij, tanquam conditionis ex qua pendet ejus valor. f. 366. nu. 330.

Secuto Matrimonio dominium est pleno Jure penes uxorem, neque restituitur soluto Matrimonio. f. 369. n. 349.

Subauditur in hac donatione conditio: Si Sequatur Matrimonium quantum est ex parte Sponso- rum. Quod si osculum intercedat, altero mortuo, non nisi dimidia pars manet donatarij. f. eod. n. 351. & seq. Repeti etiam potest ob deceptionem factam in promissione dotis amphoris, quam quæ deinde data est. f. 370. n. 353.

Sponsionis Contractus.

Tomo 4.

Sponsio est Contractus, quo duo de Veritate vel eventu alicujus rei contententes, sibi invicem aliquid spondent, ut id ejus sit, qui veritatem fuerit assecutus. f. 340. n. 1085.

Est Jure natura licitus, quia periculum cum periculo commutatur. n. 1086. Unde is qui certus est de veritate, non potest exigere rem in sponsione deductam, nec solutam bonâ conscientia retinere. n. 1087. Verius idem dicendum est, etiam si alter urgeat sponsionem factam. n. 1088.

In Sponsione alicujus facti, v. g. quis jaculando sit victor, pendet ex intentione spondentium, an sit locus penitentia; antequam alteruter jaculetur. f. eod. n. 1089.

Sponsiones super vita & Electione Summi Pontificis & Cardinalium, sunt prohibita. f. 341. num. 1090.

Spurius ex damnato coitu.

Tomo 2.

Spurius ex damnato coitu, non potest à parentibus hæres institui, sicut nec succedere ab Intestato. fol. 59. n. 266. Neque fideicommissum confecti. eod. sed hoc sibi reservaret hæres gravatus, non obstante fide datâ, quæ non obligat contra legem. num. 267. Hæres tamen posset sponte fideicommissum, non quâ tale, dare Spurio ex affectu erga defunctum, ut ejus desiderio satisficeret. eod. Ut tamen hæres fideiarius penam subterfugeret, teneretur Fisco denuntiare: alioquin si patet, privatur omnibus bonis, & in insulam relegatur. fol. 60. n. 268.

Potest quidem Pater suo Filio legitimo substituere pupillariter Spurium quoad bona, quæ filius aliunde quàm à patre haberet, non tamen quoad bona à se ad filium perverntura. fol. 60. num. 269. & seq.

Potest Spurius hæres institui sub conditione: si legitimabitur. fol. eod. n. 273. & seq. Non tenentur tamen hæres ab intestato diutius expectare, quàm eventum primæ petitionis, quæ proximâ occasione fieri debet, & si tunc Legitimitas denegatur,

S.

denegatur, hæresitas ad illos spectabit. fol. 61. n. 276. Vide etiam *Incestuosus*.

Avus potest probabiliter instituere nepotem ex filio spurio, dummodo non intuitu patris, ut pater habeat usum fructum, item cum limitatione, quam videtur. *Illegitimus Naturalis*. probabile tamen est, nullo modo posse talem nepotem instituere. fol. 61. n. 277. & 280.

Stellionatus.

Tomo 1.

Stellionatus est quoddam genus ad omnia criminata non habentia titulum specialem. Unde, quod in privatis Judiciis est actio de dolo, hoc in criminalibus est persecutio Stellionatis. fol. 167. n. 511. Per se famosum non est, sed per accidens. 512.

Stillicidij avertendi Servitus.

Tomo 1.

Est jus, quo vicinus aquam pluviam à recto suo in rectum vel aream vicini avertere & derivare potest, cum absque hoc jure teneretur immixtis canalibus alio derivare. fol. 249. nu. 172. Non licet autem ita variare, ut cadat gravius, bene tamen ut levius, v. g. magis ex alto. n. 173. Non censetur hæc servitus acquisita præcisè superficiæ, sed solo. eod. Ad hanc servitutem pertinet Jus fluminis avertendi. 174.

Est & Servitus huic opposita stillicidij non avertendi, nempe ne vicinus à prædio dominante stillicidium (ob ejus utilitatem) avertat. v. g. ut cisterna inde repleatur, hortus irrigetur, cloaca eluatur. &c. & n. eod. Unde dominus prædij servientis tenetur reficere canales, regulas. n. 175.

Stipulatio.

Tomo 3.

Stipulatio super additâ nuda promissioni certam verborum solennitatem, quibus non observatis non daretur actio civilis. fol. 75. n. 32. Est contractus propriè dictus. eod. Juris Civilis. fol. 76. nu. 34.

Stipulatio non solum parit actionem, quando alijs contractibus accedit, sed etiam quando sola substituit. fol. 77. nu. 36.

Stipulatio definitur, Contractus nominatus, stricti Juris, Juris civilis, verbis initus, interrogatione præcedente, eamque responsione congrua in continenti subsequente, quo respondens interroganti obligatur ad aliquid dandum vel faciendum. fol. 78. n. 38.

Requiruntur verba formalia: unde absens nisi per alium stipulari non potest. eod. Potest hodie fieri quocunque usitato idiomate, quo se contractantes intelligant, vel per interpretem. fol. eod. nu. 40.

Non est opus, ut continuatio Responsionis cum interrogatione sit physica, sed sufficit moralis. & si

Christ. Hann. Repert.

dubium esset, Judex arbitrabitur. Communiter dicitur sufficere, si eadem die fiat, non interposito actu aliquo peregrino. Quodsi altero die responsio daretur, ex tantâ dilatione probabiliter colligetur, quod prius dissenisset, & sic non valeret in ratione stipulationis. fol. 79. n. 41.

Quando Interrogatio & Responsio differunt in Qualitate, v. g. quia illa est absoluta, hæc conditionata, vele contra, tunc si statim diversitas approbetur à stipulante per verbum *Placet*: adhuc valebit. Quod verum videtur, etiam si promissor adjecisset aliquod onus, de quo non fuisset facta interrogatio. fol. 79. n. 42. Si verò diversitas sit in quantitate summae, tunc stipulatio valet quoad summam minorem, in qua est Responsio sufficienter congrua. fol. 80. n. 44.

Sicut Promissor *dandi*, ita promissibilis Promissor *faciendi* non liberatur, si offerat æstimationem invito stipulanti. fol. eod. nu. 45. & seq.

Quæ in Stipulationem deducuntur, alia dicuntur judicè Dividua, alia Individua. Dividua sunt, quorum una pars ratione partis tantam præstat proportionaliter utilitatem, quantum totum respectu totius. Cætera sunt Individua. fol. 82. n. 48.

Obligaciones *dandi* plerumque ad dividua revocantur. Obligaciones *faciendi* regulariter ad individua. n. 49.

Si stipulator uni hæredum promissoris partem rei promissæ remisisset, non posset ab alio hærede nisi partem non remisâ petere. Item si unus ex hæredibus non sponte, sed Judicio condemnatus partem suam solverit, conveniri amplius non potest, sed exceptione rei judicatæ se tuebatur, reliquorum hæredum parte in debito manente. fol. eod. n. 50.

In obligationibus *Dandi* uno hæredum contraveniente adversus singulos, etiam innocentes, pro hæreditaria portione indistinctè comittitur pena si quæ adjecta est, vel ad interesse, & pro parte hæreditaria singuli tenenturolvere, quod interest. In obligationibus *Faciendi* non aliter tenebuntur singuli ad penam pro hæreditaria portione, quam si factum individuum fuerit. f. 83. n. 52.

Si defunctus promississet doli absurtorum, dolo ab uno hærede commissio, contra reliquos etiam cohæredes naceretur Jus ad penam vel interesse. f. eod. n. 54.

Si quis sibi suisque hæredibus stipulatus est, ut liceat ire per tuum fundum, & stipulator mortuo unus hæredum à te impediatur ire, reliqui hæredes non possunt agere contra te ad interesse, si illi non fuerint impediti. f. 83. nu. 54.

Stipulationis contractus duas parit actiones, Conditionem certi, & Actionem ex stipulatu. Prior locum habet, quando res certa est in stipulationem deducta. Posterior, quando res indeterminate, vel factum. f. 84. num. 55. Illa autem dicitur stipulatio incerta, quando non apparet,

D d

quid,

quid, quale, quantumque sit in stipulatione. nu. 56. ubi vide exempla.

Per has actiones Stipulator fructus rei promissa non consequitur, etiam si mora facta sit. Post Judicium tamen acceptum, Officio Judicis ex aequitate consequetur. f. cod. num. 17. Ex mora culpabili tamen tenetur ad fructus etiam percipiendos in conscientia Promissor. eod.

Quando plures conjunctim stipulantur, dicuntur; *Correi stipulandi*. Si plures conjunctim promittunt; *Correi promittendi*. Perinde autem esset, siue à Stipulatoribus fieret interrogatio singulorum in singulari, siue in plurali, & siue Promissores singuli responderent in singulari, siue in plurali. fol. 85. num. 58. Ut autem sine *correi debendi*, debet Stipulator exprimere, se à singulis eandem rem stipulari, alioquin evaderent duæ stipulationes. fol. eod. num. 59. Non requiritur tamen explicita mentio, sed sufficit implicita, quod velit singulos in solidum obligari. eod.

Ex *Correis stipulandi* possent singuli eorum in solidum exigere, etiam si res sit dividua, ita tamen ut si uni in solidum solvatur, tota obligatio perimatur, & alter ne quidem à Correo aliquid petere possit, nisi essent socii. Pariter & econtra *Correi debendi* singuli in solidum tenentur, & uno solvente omnium perimitur obligatio, non est tamen necesse, ut ab uno in solidum petatur. fol. 85. nu. 60.

Correi debendi gaudent beneficio divisionis concessio fidejussoribus ex communi sententia, etiam si non expresse pro se recipere fidejussissent. fol. eod. n. 61. & fol. 107. n. 109.

Uno ex *Correis debendi* convento, litæque contestata, non propterea alter *Correis liberatur*, quominus amplius conveniri possit. fol. 87. n. 64.

Nemo potest alteri etiam civiliter à se distincto stipulari, si stipulantis nihil interfit, neque condat ad illius patrimonium augendum aut conservandum. fol. 87. n. 65.

Potest quis stipulari alteri cum adjectione *pæne*, quia sic jam sua interest. eod.

Stipulatio alteri facta adeo non est efficax, ut ne quidem naturalem obligationem pariat, ne quidem Jure Canonico. fol. eod. n. 66.

Juris fictione non censetur. *Alter seu Extraneus esse* Hæres: item conjunctus per patriam potestatem, vel per bonorum administrationem. eod. Hinc defunctus potest stipulari hæredi, etiam soli. fol. 88. n. 67.

Si defunctus uni soli ex pluribus heredibus stipulatus est stipulatione *faciendi*, huic soli proderit stipulatio. Si vero stipulatione *dandi*, distinguendum est. Vel enim defunctus uni tantum hæredi, & non etiam sibi stipulatus est, vel uni

hæredi, & sibi simul: in priori casu hæredi soli in stipulatione expresso, cautum est, & totum acquiritur: in secundo casu ex persona defuncti etiam cæteris cautum censetur. fol. eod. num. 68. & seq.

Pater potest stipulari aliquid dandum filiosam. si in dando possit patri usufructus acquiri vel proprietatem. Si vero stipuletur aliquid faciendum pro filiosam. si factum conferatur in personam filij, inutilis erit stipulatio, nisi patris interfit. fol. 89. num. 70.

Filiusfamilias potest patri stipulari, etiam si filij nihil interfit, non tantum aliquid dandum, sed etiam faciendum. Unde inferitur, quod Regulatis pro suo Prælo & Monasterio stipulari possit, quia etiam servus potest domino stipulari. fol. eod. n. 71.

Si filius patri sub conditione stipuletur, conditione existente post solutam patriam potestatem aditus prodest patri. fol. 90. n. 72.

Filius stipulando acquiri patri non tantum quoad obligationem civilem, sed etiam naturalem. fol. 90. n. 73.

Sanguine juncti non possunt invicem stipulari. fol. eod. n. 74.

Ratione administrationis à jure concessæ, potest Tutor pupillo, Curator minori, actor municipio stipulari, ita ut in his utilitas actio tribuatur. fol. 91. num. 76.

Procurator habens speciale mandatum, potest mandanti ita stipulari, ut teneatur illi cedere actionem, licet ei directam actionem non acquirat. Quando Procurator presens est illi cujus negotium gerit, absque cessione utilis actio acquiritur. Quod si non habeat speciale mandatum, sit tamen universonum bonorum Procurator, acquiritur domino exceptio doli. 91. n. 77.

Notarius publicus non habet jure scripto potestatem extra Judicium pro absente stipulandi, ita ut ex stipulatione nascatur acceptata promissio, nisi consuetudo contrarium habeat. fol. eod. n. 78. In Judicialibus tamen, & Prætoris stipulationibus Notarij in hoc puncto comparantur publicis servis seu Personis. eod. vide exempla.

Quod privatus quisvis possit stipulari causæ piæ, non satis efficaciter probatur, etsi communiter asseratur. fol. 92. n. 79.

Universonum tunc quis alteri stipulari potest, quando inde stipulanti lucrum accrescit, aut ab aliquo debito liberatur. fol. eod. n. 80.

Studiofi.

Tomo 5.

Studiofi non possunt invidi trahi ad alium Judicium quam suum Rectorem, possunt tamen Jurisdictionem voluntarie prorogare. fol. 17. n. 75.

Quomodo Studiofi acquirant domicilium, vide *Domicilium*.

Studiofi

Studiofi, ratione promissionis factæ in Immatriculatione, possunt ob debita contracta citari à Rectore, ubicunque locorum sint. fol. 79. num. 558.

Stuprum.

Tomo 1.

Que in Judicio contendit, se ab alio stupratam esse, præsumitur fuisse virgo, & fuisse injuste ac invita stuprata, donec probetur contrarium. Sponte consentiens non patitur injuriam. Censetur autem sponte consentisse, si abfuit metus justus, dolus & fraus, magna verecundie vis ob reverentiam stupratori debitam, aut timor ob potentiam: nec refert intervenisse munera, preces importunas. f. 200. n. 687.

Si injuste & invita stuprata, vult nubere stupratori, & ipse eam vult ducere, non tenetur ad amplius ante Judicis Sententiam: imò tenetur Pater filie dotem constituere, non minus quam si non fuisset violata. f. eod. num. 688. Si vero Stuprator nolit eam ducere, vel ipsa nolit ei nubere, tunc ob injuriam illatam tenetur ad augendam dotem, ut possit æque commode nubere alicui stuprata non esset, vel certe alio modo æque bonum Matrimonium procurare. 689. Si stuprata sponte obligationem remisit, non tenetur Stuprator ad aliquid præstandum parentibus in conscientia ante Judicis Sententiam. 690. Si ante omnem transactionem æque bene nubat, ad nihil tenetur in conscientia ante Sententiam. 691.

Patri Puellæ competit adversus Stupratorem actio injuriarum, etiam si puella sponte consenserit, cui tamen non nisi post sententiam condemnatoriam Stuprator tenetur satisfacere. f. 200. nu. 691. Aliqui etiam ad Tutorem extendunt.

Si puella consensit ex metu alicujus mali, quod Stuprator sine injuria inferre potuisset, sed quasi in pretium stupri non inflixit, ad nihil tenetur. f. eod. n. 692. ubi exemplum.

Si deflorator non potest dare dotem competentem, tenetur eam ducere in uxorem, si ipsa velit, vel saltem procurare æque bonum Matrimonium, si sine gravi difficultate aut damno suo potest. eod.

Si promisso Matrimonio consensum obtinuit, & nullum impedimentum vel causa supervenit, qua sufficeret ad divortium, neque Stupratoris talis est conditio, ut puella potuisset facile advertere, non promitti serio, debet eam ducere, etiam si ficto animo promississet. f. 200. n. 693. Si Juramento promississet, non excusaretur inæqualitate conditionis. eod. bene tamen excusaretur, si femina fingendo se virginem, ad promissionem induxisset. 694.

Obstrictus voto Castitatis aut Religionis, nec potens aliter satisfacere, tenetur petere Dispensa-

Christ. Haun. Repert.

tionem, vel etiam eam ducere, reddendo, sed non petendo debitum. f. 201. n. 695.

Si stuprum sine vi factum est, in persona honesta est publicatio dimidia partis bonorum, in humilioribus coercitio corporis cum Relegatione. Si vero per vim, punietur interdictione aquæ & ignis, seu deportatione. Hodie est pena arbitaria. Qui corrumpit virginem necdum viri potentem, si sit persona honestior, in insulam relegatur, humilior in metallum damnatur. alicubi de consuetudine suspenduntur, vel alia mortis pena afficiuntur. 697. Jure Canon: tenetur vel ducere, vel dotare. 698. ubi etiam quid Jure Bavarico Statutum sit.

Tomo 6.

Stuprator debet stupratam à se seductam vel ducere, vel dotare. f. 194. n. 582. Et in hanc penam etiam pena Juris Civilis sunt commutata. n. 583. Et hæc pena sufficit. n. 584. Præsumitur autem puella seducta & decepta, nisi contrarium probetur. f. 195. n. 585.

Si puella sponte, & non decepta aut seducta consensit, adhuc pater agere potest injuriarum, si inde damnificatus est. n. 585.

Dos à stupratore statim est solvenda post condemnationem. nu. 586. Actio qua dos petitur, durat 20. annis. n. 587.

Pena stupri relata procedit etiam in puella vilis originis, & inopis. n. 588.

Si puella scivit, Stupratorem non posse eam ducere, non videtur habere Jus ad exigendam dotem, sed solum actionem injuriarum ratione deceptionis. n. 589. Idem videtur dicendum, si puella nollet nubere Stupratori volenti eam ducere. f. 196. n. 590.

Ab hæc pena liberatur Stuprator, si cum puella convenit de certo precio. n. 591.

Si Stuprator promissione Matrimonij ad stuprum induxit, non habet optionem dotandi vel ducendi, sed determinatè ducere debet, si petat puella. n. 592. Negante Stupratore promissionem, præsumptio stat pro puella. eod.

Stuprator si puellam imprægnavit, tenetur alere prolem post ablactationem. Imò etiam conducere ablactantem, si Mater ipsa non potest. n. 593. Et ad hæc tenetur etiam pendente licet super virginitate. n. 594.

An Stuprator possit ultra penam canonicam puniri arbitrio Judicis, v. g. carcere, vel pecuniaria multa, pendet ex locorum Statutis, & consuetudine. n. 595.

Stuprum violentum punitur in Imperio ex Const. Carol. pena mortis. f. 197. nu. 599. Que tamen pena non videtur extendi ad auxiliatores. n. 601.

Dd 2

Stuprum

Stuprum per inebriationem obtentum, est annu-
merandum supro violento. fol. 198. n. 602.

Stuprum violentum illatum meretrici prostitu-
tæ, non punitur pœnâ mortis, n. 602.

Ex conceptione non arguitur certò, stuprum
fuisse voluntarium, n. 605.

Stuprum voluntarium illatum necdum viripo-
tenti, non punitur pœnâ mortis, bene tamen vio-
lentum, nec requiritur fractura claustrî, sufficit
conatus. fol. 606. & seq.

Substitutio. Substitutus.

Tomo 2.

Substitutio non rectè definitur ab Accursio: *Se-
cunda Institutio*. cùm etiam legatario possit fieri
Substitutio, quæ tamen non est Institutio. fol. 159.
num. 1.

Definitur Substitutio in genere: unius aut plu-
rium in alterius, aut aliorum locum, ad rem ali-
quam in ultima voluntate vocatio. strictius. Voca-
tio ad hæreditatem in locum alterius. fol. 160.
num. 2.

Institutio conditionata: *si hæres ab intestato nol-
let esse hæres*, non est Substitutio, quia non supponit
Institutioem. f. eod. n. 3.

Substitutus ex tempore alicui Instituto ad tem-
pus, (quod militi licet) est propriè Substitutus,
quamvis legata à priori non soluta solvere non de-
beat, quia prior hoc onus in se recepit. fol. eod.
num. 4.

Substitutio alia est directa, alia indirecta, seu
fideicommissaria. Directa est, per quam Substitu-
tus immediatè, & sine ministerio alterius Institui
hæreditatem testatoris consequitur. Indirecta,
quando directo hæredi ejusque fidei committitur,
ut hæreditatem tradat alteri: sitque verbis obli-
què ad Substitutum directis. f. eod. n. 5.

Directè Institutus cum substitutione indirecta,
vocatur *Fiduciarius*, sitque verus hæres, sicut & di-
rectè Substitutus, non item Fideicommissarius: &
ideo directè Instituto non adente hæreditatem fi-
deicommissam, regulariter fideicommissum cor-
ruit, quia supponit existere hæredem directum.
fol. 161. num. 7.

Substitutio directa subdividitur in Vulgarem,
Pupillarem, Exemplarem, Compendiosam, Reci-
procam, seu Breuiloquam. eod. Addi potest Mili-
tariæ Substitutio, facta Instituto ad tempus à mili-
te, ex privilegio specialî. n. 8. & seq.

Substitutio Vulgaris.

Substitutio Vulgaris est Substitutio, quæ secun-
dus hæres instituitur, collatâ Institutione in eum
casum, quo primò institutus hæres non fuerit.
f. 162. num. 10.

Quando ambiguum est, sitne facta Substitutio
Directa, an Indirecta, præsumitur Directa. f. eod.
num. 11.

S.

Substitutio in casum expressum, vg. *Nolentis*,
vel *Impotentis*, comprehendit casum non expres-
sum, nisi aliter constet aut præsumi possit de Vo-
luntate Testatoris. Itaque si Substitutio facta sit
sub conditione: *si Institutus noluerit esse hæres*, is
verò vellet quidem, sed non potest esse hæres, Sub-
stitutio valebit. fol. 162. num. 14. & seq. ubi re-
feruntur varij casus, in quibus Substitutio exten-
ditur ad casum non expressum.

Casus Impotentis & Nolentis hoc habet
commune, quòd uterque possit communi vocabu-
lo comprehendi. *Si non hæres*. f. 163. n. 20.

Cùm Substitutio Vulgaris sit conditionata In-
stitutio: *si Institutus non sit hæres*. hoc ipso expira-
rat, si sit hæres: ad quod sufficeret, si hæredita-
tem non quidem petitione hæreditatis, sed bono-
rum possessione consequeretur. f. eod. n. 21.

Si tamen Institutus aditâ hæreditate non exe-
queretur intra annum voluntatem defuncti ex ne-
gligentia, privaretur hæreditate, & succederet Sub-
stitutus cavens de executione. f. 164. n. 22.

Substitutus non transmittit spem ad hæredes,
vg. si moriatur tempore deliberationis, & delibe-
rans hæres Institutus postea repudiet, non prodest
hæredibus Substituti, sed hæredibus ab intesta-
to. eod.

Substitutus vulgariter excluditur per transmissio-
nem jure sanguinis & jure deliberandi, sive ab
hærede suo, sive ab extraneo fiat transmissio. fol.
eod. n. 25. & seq.

Probabilius etiam hæres *suus* transmittit hære-
ditatem ultra legitimam relictam jure Suijatis, ex-
cluso Substituto. f. 165. n. 27.

In Substitutione filio facta, subintelligitur condi-
tio: *si sine liberis decesserit*. f. 83. n. 374.

Nolentis in Substitutione positæ sensus non
est purè negativus, quasi sufficiat, non habuisse
voluntatem, sed est positivus, ex intentione substi-
tuentis, nempe si Institutus positivè noluerit esse
hæres, repudiando hæreditatem. eod.

Si Institutus post aditam hæreditatem indignus
declaratur, Substitutio non habet locum, sed Fi-
sco cedit. Si prius fuit repudiata, habet Substitu-
tio locum, nisi Repudiatio facta esset in fraudem
Fisci. f. 165. n. 29. & seq.

Substitutus excluditur à parte adente hæredita-
tem filiosam, delatam: etiam hoc in viro. f. 165.
n. 31. & seq. Excluditur etiam à Monasterio ca-
paci successione etiam per transmissionem, nisi
substitutus esset causa pia. f. 167. n. 41.

Substitutio vulgaris, quæ per additionem ab In-
stituto factam evanuit, per illius in integrum resti-
tutionem convalescit. fol. eod. n. 42.

Substitutio fortior est jure accrescendi, nisi de
contraria voluntate testatoris aliunde constet.
f. 168

S.

f. 168. n. 46. Procedit autem de quocunque ge-
nere conjunctorum. n. 47. & seq. Imò procedit
etiam in Substitutione vulgaris tacita, quæ in pu-
pillari expressa continetur. f. 169. n. 49. & seq.

Testamento ob præteritionem nullo, substitutio
vulgaris evanescit. f. 172. n. 59.

Substitutio vulgaris expressa continet tacitam
pupillarem. f. 174. n. 69. sed f. 181. n. 97. vide ca-
sum exceptum.

Substitutio Pupillaris.

Substitutio Pupillaris expiraret, si filius post
aditam hæreditatem decederet ultimo die anni
decimi quarti, nam hoc die jam est habilis ad re-
standum. f. 53. n. 241.

Substitutus pupillo pupillariter non potest adire
hæreditatem testatoris repudiatâ hæreditate pupil-
li. potest tamen repudiatâ hæreditate testatoris
(si filius pupillus ab ea abstinuit) adire hæredita-
tem pupilli, si habeat cohæredem, cui accrescat
sua portio; secus non posset, ne testamentum pa-
tris destitueretur, & per consequens etiam testa-
mentum pupilli. f. 155. num. 669. & seq.

Substitutio Pupillaris definitur: Substitutio
Directa & Simplex, quâ Testator libero impube-
ri in potestate ipsius constituit, neque per mor-
tem ipsius in alterius potestatem recasuro, hæredem
instituit, qui impuberi ipsi sit hæres. fol. 170.
num. 52.

Substituere potest Pater (non mater) in suo
testamento, quo simul facit testamentum impu-
beris. eod.

Hujusmodi testamentum aliquando dicitur esse
unum, aliquando duplex, ratione duplicis hære-
ditatis, & formæ unius. fol. 171. n. 53.

Etiam posthumo in utero existenti tempore
mortis potest pupillariter substitui, dummodo
esset in patria potestate nasciturus tempore mortis
patris. eod.

Si pater factâ pupillari substitutione profiteatur
in Religione capaci successione, sicque solvatur
patria potestas, substitutio pupillaris expirat, &
pupillo deinde in pupillaribus decedentibus succe-
deret hæredes ab intestato, pater & Monasterium.
Secus si profiteretur in Religione incapaci succe-
ssione, nam hæc Professio habet omnes effectus
mortis naturalis. Si per Vota Simplicita solvere-
tur patria potestas, tunc substitutio pupillaris ideo
evanesceret, quia testamentum patris necdum est
morte naturali aut civili confirmatum. fol. 171. n.
54. & seq.

Ut subsistat Substitutio pupillaris, non debet
pupillus mortuo testatore recidere in alterius pa-
triam potestatem. fol. 172. nu. 58.

Jure novo etiam si filius impubes esset prætoris,

tus, aut non Jure ex hæredatus, aut ex præteritione
alterius filij testamentum corruperet quoad insti-
tutionem, sicut tamen sustineretur quoad lega a
& fideicommissa, sic etiam quoad substitutionem pu-
pillarem. fol. eod. n. 59.

Non solum filij naturalibus legitimis, & nepo-
tibus in potestate existentibus, sed etiam arrogatis,
aut adoptatis, transeuntibus in potestatem adoptan-
tis, potest substitui pupillariter quoad illa bona, quæ
ab adoptante, aut ejus intuitu pupillus acquisivif-
set. f. 172. nu. 60.

Ut evanescat substitutio, debet ultimus annus
pupillaris esse completus per inchoationem ultimi
diei illius anni, quo jam potest ipse pupillus fa-
cere testamentum. fol. 173. n. 61.

Sine exceptione tenendum est, neminem paga-
num posse pupillariter substituiere non constituto
in sua potestate. fol. eod. nu. 62.

Substitutio pupillaris convalescit per superve-
nientem parriam potestatem, tanquam conditio-
nem sub qua facta est substitutio. f. eod. n. 63.

Solutâ patriâ potestate per supervenientem dig-
nitatem, probabiliter substitutio facta non evanes-
cit. fol. eod. nu. 65.

Si Filius, malitiâ supplente ætatem, acquireret
legitimam prolem ante pubertatis annos, evanes-
ceret substitutio pupillaris, secus non evanesceret,
sicut nec ob malitiam supplemtem ætatem posset ci-
tius testari. fol. 174. n. 66.

Si ex defectu Solennitatum testamentum est nul-
lum, substitutio pupillaris est nulla: si haberet quæ
sufficiunt ad testamentum inter liberos, & substi-
tutus etiam esset ex familia, valeret, secus, si esset
persona extranea. fol. eod. n. 67.

Substitutio pupillaris expressa continet tacitam
vulgarem, & contra. Unde, ut tota substitutio
evanescat, necesse est, ut Filius sui patris hæres
existat, & pubes fiat. Quod si hæres quidem exi-
stat, sed decedat impubes, Cajus non quidem tes-
tatoris, sed filio succedit in utramque hæreditatem
vi substitutionis pupillaris. Si verò filius non exi-
stat hæres, tunc substitutus erit hæres testatoris ex
substitutione tacita vulgaris. fol. 174. n. 69.

Econtra si substitutio fuisset expressa vulgaris,
contineret tamen tacitam pupillarem, & tunc suc-
cederet substitutus testatoris ex vulgari expressa, si
filius non esset hæres: si verò esset hæres, sed de-
cederet impubes, hujus esset hæres substitutus ex
tacita pupillari. f. eod. n. 70.

Potest etiam verbis generalibus fieri substitutio,
quæ sit expressa tam vulgaris quam pupillaris.
Quod si ex duobus institutis unus tantum capax es-
set substitutionis pupillaris, & essent in vicem
substituti generalibus verbis, censerentur so-
lum ad invicem vulgariter substituti, & impuberes
nemo est.